re mortuus non lugendis.*

*mentiri sacrilegium putes. Ed monedi itaqz sunt omnes. ut dicitur
ligenter caueane periurium non solum in altari seu sanctorum
reliquiis: sed etiam in communis loquela. Omne enim quod non
edificat audiente in periculum loquentium vertitur. Veritas
quidem claudi et ligari potest. Vinci non potest: que et suorum
paucitate contenta est: et multitudine hostium non terretur. Pos
sunt tamen homines quis iusti aliqua simulare per tempore ob
suam aliorumqz salutem. Consideremus ergo quid loquamur:
quia pro omni verbo ocioso reddituri sumus rationem in die
iudicii. Verbum quidem ociosum est: qd sine utilitate dicentis et
audientis profertur. Stultiloquium autem estimo non illorum
tantum qui aliqua turpia narrant et risum moueant: et fatua
te simula magis illudant illis quibus placere desiderant: sed
etiam illorum qui sapientes seculi putantur: et de rebz phisicis
disputantes dicunt se arenas litorum: guttas oceanis: et celorum
spacium: terreqz punctum liquido comprehendisse,*

*¶ Ca. rr. de patientia et reconciliatio
ne: ac mortuis non lugendis.*

*¶ Unciam nobis de patientia et eius bonis loquendum
est. Est enim igitur patientia omnium iniuriarum et
passionum tolerantia: et expectationum: omujum sine
precipitatione suffientias quam si quis intellexerit et habuerit
contraria vite grauia bauiat: bona omnia continet: bonum ha
bet spem: et affines eius sunt res bone. Offenes patitur enim hi
benter: quia sperat: et speranda tollerat: impatiens enim feretur
quod non speratur. Omni autem virtuti patientia preferitur: qd
spes prestante dimiscitur: aut spes fructus patientie subsequatur.
Deinde gaudet fide: et gubernaculum habet deum: conscient
iam genus: et propinquitatem. Inde gloriost dei testes efficiuntur:
dum fide pleni: dum timore solliciti: dum continentie discipiuli:
dum filii specie produce sapientia reperiuntur. Deinde coheredes ipsi*

dam illicem usq; ad mortem patientie virtutibus imitantur. Unde tu passus iniuriam taceas. iram vince patientia. sanctus n. amor impatientiam non habet. Non sicut nulla passio me turbatur. et specialiter ira et furore non rumpitur quam q; habuerit beatitudinem consequetur domini voce promissam et terram possideat id est imperet et dominetur corpori suo. Nulla enim res ita inebriat et animi turba est tristitia que ducit ad mortem et hec abominanda tristitia est. Est quoq; ira que iusticiam dei non operatur et furoi proxima mentis sue impotest facit: intentum vero labia tremant dentes coquuntur. vultus quoq; palloce mutetur animi vero leticis interdum dolores corporis mitigantur. si ad egrotationem corporis accedit eritudo animi duplicatur infirmitas. Dicit enim apostolus. Sol non occidat super iracundiam vestram: Quid agemus in die iudicii super quorum ira non unius dei sed tantorum annorum sol erit testis. Igitur mites et levigati mansuetae iracundiae remittant sibi in vicem culpas suas: ne sit exactor vindictae qui petitor est venies. Grandis offensa est holle placare offensam: quod affectus et perturbationes adiu in tabernaculo huius corporis habitamus: et fragili carne circumdamur moderari et regere possumus amputare non possumus. Ideo psalmista dicit. Irascimini et nolite peccare: quia irasci hominis est: et finem ire ponere christiani. Unde quidam ait. iam te verberibus necassem nisi iratus essem. Inde enim iusti dicuntur dum omnia opera patenter operantur multo quoq; melius est stomachum te dole re et mentem nec statim nobis penitentie subsidit blanditas: que sunt infelicitum remedia scauendum est vulnus qd dolore curat. Quid enim boni habeat sanitas languor ostendit. Ha plus sensimus quoq; habuimus postq; habere definitam nec scire possumus egrotationem malam nisi cu fuerit sanitas subsecuta. Et quanto boni virtus habeat! vicia demonstrant clarioribz fit luxem comparatione tenebrarum. Sed et considerem quod ethni cura illi psalmus sonet. Justus es domine et rectum iudicium tu

um hoc non potest dicere nisi ille qui aduersus (que patitur) magnificat dominum et suo merito impurans in aduersis de eius clementia gloriatur. Necesse est enim ut qui se credere dicit in christum in omnibus christi iudicis gaudeat dicens. Sanus sum gratias ago creatori languore in hoc laudo domini volvitur. Quando enim infirmorum fortior sum: et virtus spiritus carnis infirmitate perficitur. Nam fortitudo corporis imbecillitas anime est: et rursus anime fortitudo imbecillitas corporis est. Patitur enim apostolus aliquid quod non vult: p; quo ter dominum deprecatur. Sed dicitur ei sufficit tibi gratia mea nam virtus in infirmitate perficitur. Ur ergo durum si quod quandoq; patientium est. Olemus autem quemq; mortuum ad hoc enim natu sumus ut maneamus eterni. Lugeatur mortuus: sed ille quem gehenna suscipit quem tartarus deuorat in cuius pena eternus ignis estuat: nam mors nostra peccatum est. Nos vero quorum eritum angelorum turba comitatur quibus obuiam christus occurrit grauamus magis si diutius in tabernaculo isto mortis habitemus. Ceterum nonne vereris ne tibi taluor dicas? Irasceris quia frater tuus meus factus est filius indignaris de iudicio meo et rebellibus lachrymis facies iniuriam possidenti. Cibum tibi negas: non ieiuniorum studio sed doloris. Non amo fragilitatem istam ieiunia ista aduersarii mei sunt. Nullam animam recipio: quod me dolente separat a corpore. Tales stulta philosophia habeat martyres habentes rationem vel carbonem. Si viventem crederes fratrem: nunc planges ad meliora migrasse. Nam sicut preter hanc vitam: est vita alia beatior: ita preter hanc mortem est mors alia ieiuniorum. Aduersum mortis ergo duriciem: et crudelissimam necessitatē doc solatio erigimur: q; in brevi risuri sumus eos quos dolemus absentes. Nec enim mors sed dormitio et somnus appellatur. Nos doledi magis: q; quotidie stamus in prelio: et peccatorum vicis fordidamur et accipimus vulnera. Absit tamen a fide nostra ut aliquam plagam dicam esse que non habeat consolationem.

^{to} nuncum ppheta. pclamet. Numquid medicus non est in Galia.
ad. Deus enim permisit te istius seculi fluctibus ventisq; iacta-
ri et expertus naufragium de cetero similiter periclitari caue-
res itaucta que passus es sicut intelligis vulnera corporis tui
sic animae remedia sunt. Brevis enim vte spacio eterna mea
mors compenfabit.

**Ca. xxi. de tribulationibus &
obprobriis perferendis.**

Portet nos per multas tribulationes introire in regnum celorum. Beati estis cu vos maledixerint homines: et persecuti fuerint et dicerine omne malum aduersus vos. Gaudete ergo et exultate quia merces vestra copiosa est in celis. Future vite gloria/presentis vite incommodis comparat. Precipue qd patitur sedq; facit cotumeliam miser est. Unde et christianis verilla crucis sunt delitie. tropica nre vite no popsis: sed miseriis reportant. in nostra classe viri fortes ob probria sciat porrarentur munera. Haec Christi vincula voluntaria sunt. et vertunem iam plenus. Sicut autem corpe imbecillus est: si adhuc sapientia aduersarii. i. diaboli certamina vincit. premarime qm liberi arbitrii sumus: ipm dei nutrit auxillo. Qdque paupertati no nobilitati futurorum beatitudine pmittuntur. Retrabit qd vere cedula senatorum: ne sequatur pauperem et pms audiat a Christo. Qui me confessus fuerit. mea verba in generatione bac adultera et peccatrice et filii hominis confitebit eu in glia patris sui cu angelis sanctis. Turpe est inter paretes senatorum per Christum voluntaria humiliata delectu. Displacet amici: si post ambitionis habir cultu plebeia et ignobilia indu- mpta mutentur. Sed si hoib; placere rellat aplur Christi seru? no essem. Et ppheta in psalmo. Qm de dissipat ossa eorum q homini- nib; placet confusi sunt quoniā deus sprevit eos. Christi bona est humana offensio: per quā inuenitur seruus Christi. Tantum penit- uosa est amicitia que dei prefat offendam. Sicut scriptum est.

Qui voluerit amicus fieri huius mundi: inimicus dei consti-
tuetur. Dicat quisq; quod velite ego interim de me pro sensus
mei paruitate iudicauit: melius esse confundi coram peccatoribus
super terram qz coram angelis sanctis in celo: vel vbiqz
iudicium suum demonstrare dominus. Unde Esaias. Vir sua
gente nobilissimus qui sacer regis Ezechie fuisse referuntur. ius-
su dei deposito cilicio nudus incedit: nec tamen ardui pudore
precepit territus est: quoniamus dei imperium sequeretur quia
nihil honesti esse homini qz creatori suo parere iudicabat. Jo-
vannes quoq; baptista nobilis et in carne et in spiritu natus: ci-
litum a pueritia in habitum. et locutas elegit in cibum q. nec
peccati confidentia. nec paupertatis inopia ad huius gloriam
oneris sed sola futuri seculi beatitudine trahebat. Unde et apo-
stoli. Stulti et inutiles et tenuis fidei arguuntur. Inde paulus
apostolum pseram. quem quotiens lego videor mihi non ver-
ba audire sed tonitrua qui oculo mentis futura contemplans
dicebat. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio an
angustia. an persecutio. an fames. an nuditas. an periculus. an
gladius? Illos pericula non separant. nos vero voluptates. Ille
cathenarum banulante innocentes: nos aurum circumferimus cri-
minos. Illi in carceribus vincti: nos in tricliniis delicatis. Illi
neruo positi deum puro corde et sincera cogitatione laudan-
tes. nos in ipsa forti ecclesia de forensibus calumniis cogitamus:
et cum omnibus equaliter legis gratia data gehenna seu regna
pmissa sunt. alii de vitiis alii de virtutibus meditantur. Cuz
dictum sit generaliter omnibus. Dominum deum tuum adora-
bis. et illi soli seruies. aliis innocetia. misericordia. castitate. i.e.
iunio deo fideliter et sine fine seruentibus. Nos nobis adute-
ros eligimus quibus seruire volumus. Siquidem iurta euāger-
tū sententiam. Omnis qui facit peccatum: seruus est peccati. re-
vera si amator pecunie sum scilicet glorie. si superbie. si ambitio-
nis aut pompe. dum illi omne studium mee voluptatis impen-
do. domino seruire no possum: quia duobus dominis nemine

posse scriuire scriptum est. Non estis vestri dicit apostolus. Empti enim estis precio magno glorificate et portate deum in corpore vestro. Clementer spiritus sanctus nostro iure nos conuenit. sciens hoc in visu publico apud omnes homines custodiri: ut tanto seruus in opere domini esset cautior quanto maiori esset periculio comparatus. Ut intelligamus quod strenui esse debant in opere domini qui redempti sunt sanguine christi. vel quod criminosi debeant iudicari qui cum sciant pro precio sue salutis christi sanguinem datum alteri qui nibil prestitis magis perbeant seruitute. Rogo quo pudore obsequii aut laboris sui mercenarius seculi non potest accipere mercedem christi. Omnia miles in castris sperat annona qui fortiter in pectore pro ciuibz laborauerit. Dignus est quidem mercenarius mercede sua. ne motamen militans deo implicabit se negotiis secularibus ut placeat ei cui se probauit. Apostoli vox est. Amplectenda est igitur tristitia que gaudia parit. nec eius consideranda materia: quia sepe per dulcedinem fructus placet. quod amarum horruit in radice. Et qui litteray scientiam babere desiderat si discendi non suscepit tedia. peritie gaudia adipisci non poterit. Hec cuiusque eruditionis quisquam babere sufficiet gloria nisi estus fuerit ante perpessus. Cuicunque nos dei auxilio destitutos hostis invaserit. duxeritque captiuos. non desperemus salutem sed iterum armemur ad pectrum. potest fieri ut vincamus vbi ricti sumus. et in eodem loco triumphemus. vbi suimus aliquando captivi. Nam si iuuat dominus miseros habemus salutem. si despicit peccatores habemus sepulchrum. Multo grauior expectata quam illata mors est. ad hoc enim laboremus et in seculi huius periclitemur militia ut in futuro seculo coronemur. Hec mirum hoc de hoibz credere dum dominus ipse temptatus sit et de Abram scriptura testet: et de templo auctoritate est. Quam ob causam et aplius loquitur. Gaudentes in tribulacione et scientes quod tribulatio patientiam operatur patientia probationem. probatio spem. spes autem non confunditur.

92. 37
datur. Scriptum est etiam quia propter te mortificamur tota die. et estimati sumus ut oves occisionis. Sed magna misericordia confortatio est quando in tormentis quis positus sit prospera secuturus.

Ca. r. iii. de timore ultimi iudicii. et statu huius vite.

Ade satiis timeo ne forte in retributionis diaqua ante tribunal christi vnicuique secundum sua facta reddendus est. His qui in terrenis magis negotiis quam in celestibus laborarunt iusti iudicium responsione dicatur. Ite si potestis. et illicibz tota deuotione seruiiustis mercedem exigite. Talis causa est virginum de euangelio quinque stultarum que dum solitudine secularium vanitatum se contra professionis sue ordinem occuparunt. oleum unde verum lumen accenderent non habentes in tenebris remanserunt. Ecce enim si umbrato repente celo solis claritas nostris aspectibus denegetur. et producere in nostram humilitatem pluvie terris imminet. si commotis est asole elementis ut in rotam sui currus tonitrus concitentur. et debire fulgorum iacula palpebris terribiliter obiecta coruscant. quamquam et de consuetudine ista contingere paueamus. contremiscimus et poni ad terram deposita superbia seruices submittimus. Quid faciemus in illa die miseri: qui repulito celo. cum angelis virtutibus igne. domino torquenier. qui cadentibus stellis desupponit in tenebras. et in sanguinem luna mutabit. qui mortes sicue cera liquecet. qui terra ardebit. et arscent flumina. et maria siccabuntur. contra regnus naturae in sumpto divinitus honore. arriditatē in aqua. signis comparabit. qui peccatores dicet montibus. cadi te super nos. et collibus regite nos. quando vocabunt homines mortem. vocata non veniet. quando discernimur vertentur in vota. et semper oderunt homines concupiscent. quando illud implebitur tempus: quod lugubri Hieremias dicit affectu dicens: Respxi in terram. et ecce non erant luminaria.

Q.
20.
Amen.

ridi montes et ecce erant trementes. et rniuersos colles turbae
toe intendi aerem. et ecce non erat homo. et omnes volucres celi
pauebant. ridi et ecce camelus desertus. et omnes ciuitates succē-
se igni a facie domini. et a facie ire indignationis eius. et interie-
runt rniuersa. Verum ne ex suggestione diaboli hec ad tetrore.
non ad reritatem dicta credantur. de pieteritis futura proban-
tur. quando talia in diluvio. in sodomis. in egypto. in hieroso-
lymis sepe ob delicta hominum facta referantur. Sed veniet il-
la dies qua corruptiūm hoc et mortale incorruptionem induet
et immortalitatem. Tunc ad rocem tibe pauebit terra cum po-
pulis. et tu gaudebis iudicatuero domino lugubre inmundus ini-
mugiet. Tribus ad tribus ferient pectora. potentissimi quoni-
dam reges nudo pectore palpitabat. Exhibebitur tunc cum
sua prole ignitus iupiter adducetur. et cum suis stultus plato
discipulis Aristotilis argumenta non puderunt. Tunc rusticus
nus et pauper exultabis. ridebis et dices. Ecce crucifixus de me
us. Ecce iudeus qui involutus pannis in presepio vagiuit. Hic ē
ille operarii et questuarii filii. hic qui matris gestas. finu homo-
dei fugit in egyptum. hic vestitus est coccino. hic qui sentibus co-
ronat. Certe manus iudee equal fixeras. Certe latrone qd
foderas. Quidete corp? an idem sit quod dicebatis clam nocte tu-
lisce discipulos. O quot virgines. et quanta infamata pudicitia
coronabitur. O quantis in illa die expeditis. si membroz sen-
si et viscerū vigore in hac vita caruissent. et quāti illuc elingues
et multi feliores loquacib? erunt. Et quanti pastores philoso-
phis. quanti rustici oratoribus. Et quanti ebetes argutis pre-
ferendi sunt Ciceronii. Ibi enim cum ante tribunal christi ve-
nerimur. scimus nec Job. nec Daniel. nec Aloe rogare posse p
quoquam. sed unquamqueqz portare onus suum. Igitur siue le-
ges siue vigilabis. Amos tibi semper buccina in aurib? sonet.
Et apostoli. Qui hunc bonendum diem impulsi. et peccatorib?
preuidere meruerunt. humiles erant mortuos suscitare. et nos
super omnes erigimus qui peccando quotidie nosmetipsoz oc-

et frumenti dormino curando.

concitam ferat. Nibil hoc monili preciosius. nibil bac gemmarū
variate distincti. Et omni parte decoraris. et ornamenta sunt
tibi et tutamini. philosophorum sententia est. sibi berere virtus
res. Et apostoli Jacobi cui una defuerit omnes deesse. sicut q
tuor sunt virtutes quibus pugnam? et tegimur sic quatuor sunt
virtus quibus ab hoste percutimur. Stulticia. iniquitas. luxuria
formida. sed malitia finem non habet. Cognate sunt quoqz sibi
virtutes. rectitudo et simplicitas. nec ab inuicem separari queue
simpler et humilis et rusticus qui archana sapientie comprehen-
dere nequit. Si tamen sapientum exempla in vivendo sectetur.
iure inter sapientes connumerabitur. Melius est enim parua
bona cum charitate facere sine scientia qz magnis effulgere vir-
tutibus cum admirtione discordie. Excelsa namqz periculosius
stane et citius corrunt que sublimia sunt. Sed perspicuum est
omnem creaturam qz quis ad perfectionem venerit tamen indis-
gere misericordia dei et plenam perfectionem ex gratia dei non
ex merito possidere. Nibil sic placet deo sicut simplicitas et inno-
centia. Unde spiritus sanctus in volatilibus non apparuit nisi
in columba ppter simplicitatem et quadrupedibus in ove pio-
pter mansuetudinem. Illud quoqz tibi ritandum est cauti? ne
vane glorie ardore capiaris. Cu facis elemosynā de solus ride
at. Cu ieunias leta sit facies tua. nec ad te obvia pretereuntium
turba confundat ut digito monstreris nec satis religiosus velis vi-
deri. et ne plus būlis qz necesse ē nec gloriā fugiendo queras plu-
res enim paupertatis misericordie et ieunii arbitros declinantes i
hoc ipso placere cupiunt qd placere cōtēnē. Et mixtū laus
dū vitat appetit. Ceteris perturbationibus quibus mens ho-
minis gaudet et egredicit: sperat et metuit: plures inuenio extra-
neos hoc rito admodum pauci sunt qui cauerint. Igitur non
queras gloriam: Sed cum fueris ingloriosus non dolebis.
Qui enim verba increpantis humiliter recipit. iam propinquā
reniam habet reatus quem gessit. Grauis enim est perfidere
malū qz facere. Non est tamen tante rītutis ab aliis factā iniu-

riam sustinere quante gracie domini est placidū mitem ac trā/
quillum iniuriam facere non posse. Neq; rero te moneo ne de
deuitiis glorieris: ne de generis nobilitate te iactes: nec te cete
ris preferas. Scio humilitatem tuam. Scio te et affectu dicere.
Domine non est exaltatum cor meum: neq; elati sunt oculi mei
Stultissimum quippe est docere quod noverit ille quem doce
as. Vor et industria quasi confecta ieuniis tenuis nō sit et de
ficiens. Sunt quippe nonnulli extermirantes facies suas ut ap
pareant hominibus ieunantes. qui statim vt aliquaez riderine
ingemiscunt. dimittunt supercilium et operata facie vir unum
supercilium liberant ad videndum vestis pulla. cingulum fac
ceum. et so: didis manibus pedibusq; v̄ter solus quia videri nō
potest estuar cibo bis quotidie psalmus ille decantatur. Deus
dissipat oīsa omnium fidi placentum. Christum simulat et q̄si
longa ieunia furtivis nocturni cibis protrahunt. pudet reliq
dicere ne videar innebi potius q̄ monere. Omnia hec argume
ta sunt diaboli. Imitari igitur eum potius cuius pallor et ieu
niis. elemosyne in pauperes obsequium in seruos dei. humili
tas cordis et vestiū. ac in cunctis sermo moderat. Erade quoq;
te illi cuius sermo habitus et incessus doctrina virtutū est. Nō
coturnatam affectes eloquētiam. nec more puerorū argutas sen
tentias in clausulis stries. Hec preteriens tetigi vt eruditis
contentus auribus nō magnopere cures quid imperitorū de in
genio tuo rumuscui iactent. Sed ppbetarū quotidie medul
las bibas. Quod et si patricii generis inter monachos esse cepi
sti. non sit tibi tumoris sed humilitatis occasio: vt imiteris fili
um hominis qui non venit ministrari sed ministrare. nā quan
to humilioz rāto sublimioz es lucet margarita in solidib;. Quā
tumcūq; enim te deieceris humilioz christo non eris. Ideo q̄q;
mibi multorum sim conscius peccatorum et quotidie in oratio
nibus fletis genibus loquar delicta iuuentutis mee ne memis
neris. Tamen sciens dictum ab apostolo: ne inflatus superbia
incident in iudicium diaboli. Et alio loco scriptum est: superbis

24. cap. de humili. Christ. quā
hunc sequi et imitari debemus. 99.

deus resistit humilibus autem dat gratiam. Ribil ita a pueri
tia vitare conatus sum q̄ tumentem animum et erectam cervi
cem dei contra se odia provocantez. Pout enim magistrum do
minum et deum meuz in carnis humilitate dicisse. Discite a me
quia misericordia sum et humili corde. Et ante per canticum David
cecinisse. Memento domine david: et omnis mansuetudinis ei.
Et in alio loco legimus. Ante gloriam humiliabitur cor viri: et
ante ruinam eleuat: Ribil enim per crebro diximus tam perico
losum est q̄ glorie cupiditas et iactantia et tumens animus co
scia virtutum. Secundo plus est animum depositum q̄ cultum.
Difficilius est arrogancia q̄ auro carem: et gemmis. Alii itaq;
prodest vile palliolum. fusca tunica. corporis illuies. simulata
paupertas si hominis dignitatem operib; destruash inter sou
des et inopias peccata non caueas. Fidele namq; testimonium est. Non
non habet causas mentiendi. Qui enim plus credit plus ab eo
erigitur. Potentes potenter tormenta patientur. nec sibi q̄sq;
de corporis tantummodo castitate supplaudat. cum etiam conui
cum in fratrem homicidii sit reatus. Cadir quidem mundus et
ceruix erecta non flectitur. Pereat diuinitas et nequaq; cessat au
ricia. Congregare q̄muli festinant: que rursus ab aliis occu
pentur.

¶ Ca. xxv. de humilitate christi.

que sequi et imitari debemus.

Christus baptizatur a seruoz a deo filius appellatur.
Inter publicanos meretrices et peccatores ad lauacrum
venit. et sanctioz est baptista suo qui de celo venit i vte
rum: de p̄tero in p̄sepe de p̄sepe in crucem de cruce in sepul
chrum de sepulchro ad inferos de inferis victor remeauit ad ce
los. Imitemur ergo salvatorem nostrum: quis ipse initis et hu
milis pastor agnus et aris appellatur: qui p nobis molatus est:
qui ab Isaac cornibus tenetur in sentibus. ex quo nil bac humili

litate sublimi⁹ qui bethleem in hoc parvo foramine celorum con-
dit⁹ natus est. Hic involutus pannis. Hic visus a pastoribus
Hic monstratus a stella. Hic adoratus a magis⁹. In baptismo
christi humilitas nostra est sublimitas. Illius crux nostra vic-
toria illius patibulum noster triumphus est. Cum igitur laua-
cib⁹ crucis signum in frontibus demon inspererit contre-
miserit. Qui aurea capitolia non timent crucem timent. Qui co-
gemnunt sceptera regalia dapes christianorum⁹ purpuras cœ-
larum sordes tamen in ieiunia pertimescant; iubet enim christ⁹
ne quis discipulorum dicat quod ipse est christus. Mira ratio⁹
vult⁹ predicari: qui gaudet intelligi agnoscit amat et odit ostendit
magis vult⁹ se inuentum esse quod perditum. ut virtus sua illū
non fatur manifestaret alienus. Que autem maior potest esse
clementia quod ut filius dei: hominis filius nasceretur. Decem men-
sium fastidia sustineret. partus expectaret aduentū. involueret
pannis: subiceretur parentibus per singulas adoleret eta-
tes. et post contumelias vocum alapas: et flagella. crucis quoqz
pro nobis fieret maledictum: ut nos a maledicto legis absoluueret.
patri factus obediens usq; ad mortem. ut illud opere comple-
reret quod ante ex persona mediatoris fuerat depicatus dicens:
pater polo ut quomodo ego et tu unum sumus Ita et isti nobis
cum unum sint Ergo quia ad hoc venerat ut quod erat impos-
sibile legi: quia nemo in ea iustificabitur) ineffabili misericor-
dia vinceret publicanos et peccatores ad penitentiam prouoca-
bat. Unde nouum et mirabile est apud nos Deus solus petentes
se amant, solus irascitur nisi petatur. Illo enim tempore quo sup-
plicia merebamus deus argumentum saluationis ostendit. ut
intelligere possemus utrum valerer prestare non Iesus qui tan-
tum donaret iustitiam memus et nos deum et eius semper que-
ramus amplius et facile videbitur esse omne difficile. Brevia
putabimus universa que longa sunt. Quodque beatissima geni-
trix a filio suo non didicit telos fabricare: angelos creare: mira-
deitatis insignia operari: sed tantum humiliari: ceterarumque

2. Ceterarumque virtutum insignitas et perfectiones
docula inter humiliari custodiā congregare.

41

al' intca
virtutum documēta inter humiliari custodiā congregare. Ad quā hunc uolum
nob̄ p̄ducit dignissimam seruacionem
firmo dñs p̄. 2. d. n. ann.

¶ Ca. xxvi. de iustitia seu vite
rectitudine.

Ed iam de iusticia differamus. que est singularum re-
rum et personarum equissima distributio quā q̄s obti-
nens et cui adberens vitā suā disposite et fine cōturbati-
tione conservat. Custodit in omnib⁹ egeatē scit qd deo debeat
qd sanctis et qd equalibus reddat. qd nō denegat potestatibus
huius seculi. qd sibi retineat. qd primo cōpetat. qd alienis con-
cedat aut congruit. Justū est enim deū colere et diligere ex totō
corde et tota anima et tota virtute. Sanctos et coequales ho-
norare: tributa impendere potestatibus superbū nō esse sed ma-
gis mitē et humilē. primos tanq; se diligere: alienos et inimi-
cos nō persequi odio sed amare. Subiectum esse priorib⁹ vel
estate maioribus qd et dñs cū effet omniū dñs a Jobanne qd ma-
ior est in nativitate mulier: qd prior illo in nativitate hominū erat ba-
ptisat. Et sic adimpleri omnē iusticiā p̄testat. Ex hac misericor-
dia nascitur obsequium deificum generatur. in his omnib⁹
quisq; inuenitur: non in merito in christo dicitur permanere
quoniam hec omnia ipse christus est. Paulus nos glorioſus in-
fomat et instruit de christo dicens. Qui est nobis a deo iusti-
cia et sanctificatio et redemptio. Item alio loco qui est misericor-
dia par et dilectio quam greci agapem vocant Iniquus enim si
sequatur iusticiam negat iniquitatem. Stultus si confiteatur
dei sapientiam: negat stulticiam quodq; sapientia. Soritudo
temperantia et castitas solum prodest habentibus. Justicia ve-
ro etiam aliis: etiam miseris prodest. que patrem vel matrem
non nouit: sed novit veritatem. personam non accipit: sed ini-
tatur deum. Discite ergo benefacere. virtus enim discenda est.
nec nature tantum bonum sufficit ad iusticiam: nisi quis eru-
diatur congruis disciplinis. Discenda est ergo iusticia et mal-

gistrorum sapientie ferenda sunt limina. Secularis autem iudiciorum acceptis muneribus condemnat infontem et reum liberat. Quod interdum de ecclesie principib[us] dici potest. q[uia] ppter munera lacerent legem et non perducant iudicium ad finem.

¶ Ca. xxvii. de fide spe et timore.

fides
I autem fidei est inquit apostolus paulus. Est substantia sperandarum rerum quas speramus et inde rerum quas non videmus. Credere et videre quis debet. q[uia] deus ea que promisit potens est et adimplere et spem suam in futurum transferre. tunc fide plena poterit ad easque promissa fundi facillime peruenire; hec nobis in uisibilia ante oculos ponit. Ad hanc ingressi est diabolus et potestatum huius mundi et hominum tenebrarum universa deserimus; deo cum fiducia proximamus. Credere enim et sperare necesse est que deus iussit et cumq[ue] diabolus suggester abnegamus; idem spes sequit. itaq[ue] de ipsa loquamur. Est igitur spes expectatio rerum omnium futurorum quia saluamur. Paulo scribente apostolo. Spes enim salutis sumus spes autem que videtur non est spes. Quis autem sperat quod viderit si autem quod non videmus speramus per patientiam expectamus. Hec in se habet timorem non illum dico cuius obliuisci et quem foras debet mittere quisquis in fide vidit. Sed qui unus est de spiritibus quibus repletur Iesus: sicut Esaias testatur. Exier virga de radice iesse et flos de radice eius ascendet et requiescit super eum spiritus sapientie et intellectus spiritus consilii et fortitudinis: spiritus scientie et pietatis: t[er]reblebit eum spiritus timoris domini illum spiritum quem David canit dicens. Timete dominum iusti eius: unde et beati es dicuntur. Eodem prestante et dicente. Beatus vir qui timet dominum. Illum dicit timorem qui castus est et pudicus. Quoniam timor domini castus. Inquit David permanet in seculis seculi. Ergo duplex est timor: unus appetitus et aliis sugere-

duis. Est igit[ur] timor apperendus a monitione et custodia rerum omnium quas credimus aut speramus. Timemus enim iudicium: quia speramus et metuimus dominum quia formam illum iudicemus. Vere namque vita est deum nosse timere eius potentiam. Amare pietatem. Timor namque virtutum est custos. Securitas ad lapsum facilis. Si paucorem habueris sollicitus eris. Leo in causas ouium tuarum intrare non poteris quod ad prepositos ecclesiasticos vel ad anime custodiā pertinet. Qui cautus est et timidus potest ad tempus vitare peccata. Qui securus de iusticia repugnat deo illiusque auxilio defitetur. Insidios hostium patet. Nunquam tua est humana fragilitas et quanto virtutibus crescamus. Si iuxta ecclesia nostra radix sapientie est timere deum. Bonum autem dividitur qui non impetus aut necessitate aut legum metu facit bonum sed i[n]circo quia bonum est et mercedem boni operis habeat.

¶ Ca. xxviii. de charitate et pace.

charitas
O charitatem nunc transeamus: quia omnibus maior est. Ut dicit paulus. Deus cum dilexisset mundum misericordie unicum filium suum in similitudinem carnis peccati: ut de peccato comedentes peccatum in carne. Qui preponit eam nobis rebus omnibus dicens. Et si locutus fuero linguis hominum et angelorum charitatem autem non babeam factus sum sicut erementum tinniens aut cimbalam concrepans. Et si habuero prophetiam et cognovero omnia mysteria et omnem scientiam: si habuero fidem ita ut montes transferram. Et si distribuero omnia mea in cibos pauperum: si tradidero corpus meum ira ut ardeam charitatem autem non babeam nihil sum. Charitas magna est. charitas benigna est. charitas non emulatur non inflatur. non agit perperam non irritatur non confunditur non querit que sua sunt non cogitat malum. non gau-

B. que + cora bo.

det super iniusticiā gaudet autem veritati omnia sustinet. oīa
credidīa sperat. Charitas nūc̄ ercidib̄ nīb̄ enī amantibus.
dūrū est nullus est difficile cupientibus labor. Solus autē ille nīc̄
amor̄ pbabilis est qui deo & virtutibus anime coaptat. Nīb̄ ē
enīq̄ non tolleret qui perfecte diligit qui autem clementia
non habet nec induitus est viscera misericordie & lachrymarum.
q̄z quis spūalis si non adimpleuit legē ep̄i. Unde legit̄ q̄ bear?
Johannes euangelista cum ep̄b̄li senec̄ vīc̄ inter discipulorum
manus deferretur nīb̄ aliud per singulas solebat p̄ferre colle
ctas nīb̄ filiolī inē diligite alterutrum. Discipulus autem pete-
tibus quare semper id diceret respondit̄ quia preceptum dñi ē
q̄ si frat̄ solum sufficiat̄ Sed obsecro te ne amicū qui diu querit̄
vīc̄ inueniente difficile seruat̄ pariter cum oculis mens amit-
rat. Aīa amicicia que definere pot̄ num̄q̄ vera fuit. Vera nāq̄
amicitia nullo labore sociate in quanto augēt̄ numero tāto cre-
sicit & robore Declina igit̄ a malo & fac bonum inquire pacem
& perseguere eam nisi oderimus malum bonum amare non pos-
sumus quin potius faciendum est bonum ut declinemus a ma-
lo. Par querenda est ut fugiamus bella nec sufficit eam quere-
re nisi inuentam fugientemq̄ omni studio perseguamur que
eruperat oēm sensu in q̄ habitatio dei est. dicete pp̄bera! Et sa-
cus est in pace loc̄ ei? Infernus? Iaq̄ inter fratres dividit̄ q̄cqd̄
ergo separat fratres. Infernus est dicēdus. Concordia enī parue-
res crescunt sic & discordia marime delabunt̄ pulchrit̄ igit̄ p̄se-
cutor pacis dicit̄ iuxta illud ap̄l. Hospitalitatem p̄sequētes ve-
nō leui citoq̄ sermone. Ut ita loquar summis labiis hospites &
vitemus sed tōto mentis ardore teneamus quasi austeres se-
cum de lucro nostro atq̄ compendior.

¶ Ca. xxx. De infirmis & pauperi- bus receptandis.

Iaq̄s ceperit egrotare trāfferat̄ ad exedrā latiore & rā-

nec matris querat affectū nec liceat dicere cūq̄ tunica & sagū
terraq̄ iuncis strata non habeo. Ieaq̄ iconom̄ vniuersa mo-
dere. vt nemo qd̄ postulet nemo taceat. Seruias fratrib̄ bo-
spīḡ laua pedes pauperib̄ & fratrib̄ refrigeria sumptuū ma-
nu pp̄ria distribue qm̄ qcqd̄ habet clerici pauperē & dom̄ eo-
rum oīb̄ debet esse cōes. Susceptioni enī peregrinoꝝ & hospici-
tum inuigilare debent. Docet Salomon misericordie operib̄ in-
sistendū nō nostris fidēdū virib̄ sed a deo esse auxiliū flagitā-
dū. Sed esto q̄ equeris pauperibus in opum cellulas dignan-
ter introeas manus debilium sis aquā portes ligna concidas.
focū extruas. Sed vbi vincula vbi alape vbi spūta vbi patibū-
la vbi mors. Cūq̄ hec oīa que dicit̄ seceris ab Eustochio Pau-
lōc̄ vinceris. Nec diconō quo de ardore tue mētis dubitē. sed
quo turrentē impellā. & acriter dimicanti feruorē augeam̄.

¶ Ca. xxx. de patientia hominis & misericordia dei.

e Ripe ergo queso occasione & fac de necessitate virtutē
 - Nō querūt̄ i ep̄ianis initia & finis Paul̄ male cepit
 sed bene finiuit̄. Itide laudant̄ initia & finis pditioē
 dānat̄ & lic̄ de nō vult mortem peccatoris & vt cōuertat̄ & vi-
 uat̄ tñ repidos odit̄ & cito ei nauſā faciūt̄. Cuiq̄ plus dimittit̄
 plus diligit. Cū meretr̄ illa xp̄i dilectrix in euāgello baptizat̄
 ta lachrymis suis & crinā quo multos aī decep̄t̄ pedes dñi ter-
 gens salutata ē. Nō qd̄ babuit̄ trisp̄ates mitras nec stridētes
 calciolos nec orbes stibio fulcinatos. Aīa q̄to fedioꝝ tāto pul-
 chriꝝ. Que demū plorat̄ ad crucē vngēta parat̄ querit̄ i tumu-
 lo ortulanū interrogat̄ dñm recognoscit̄ pergit ad ap̄los reptū
 nūciat̄ illi dubitat̄ ista cōfidie. Nō n. tā peccati crimen arguit̄
 q̄z velor̄ cōuersio i penitēcie celeritate laudat̄ nec de cogere
 penitēci nō esset penitentib̄ venia cōcessur. Nīb̄ n. plus
 repugnat̄ deo q̄z cor impenitens. Doc solum crimen est quod.

hoc fuit est q[uod] probas
 peccatorum et multa mala obliuiscatur paucorum bonorum. immo
 de nullo sic irascitur deo q[uia] si peccator superbiat: et eructus ac ri-
 gidus non inflectatur in fletu. nec misericordiam postulet pro
 delicto. Rabilis sic offendit deum sicut erecta cervix post pecca-
 ta et desperatione contemptus. unde et vos non desperetis re-
 niam scelerum magnitudine. q[uia] magna peccata magna delebit
 misericordia. nam deus non vult inferre supplicia sed terrere pas-
 furos. ipseq[ue] ad penitentiam provocat ne faciat quod cōminat.
 est. demonum autem nullus est qui parcat omnes ad predam
 festini venient. ante faciem ipsorum ventus vrens. et q[ui]cqd ruitus
 ipsoq[ue] obvium fuerit rrere desiderabut et perdere. Sed nec q[ui]cqd
 per patientiam bonitatis dei de peccatorum suoq[ue] impunitate con-
 tendat. nec ideo istum estimet non offensum. q[uia] necdum est
 expertus iratum immo magna est ira q[ui]n peccantibus non ira-
 scitur deus. Unde in Ezechiele ad Hierusalē. Jam nondū ira/
 scar tibi zelus tu[us] r[esponde] cessit a me. Sed reuera deus hominibus nō
 irascitur sed virtutis que cum in homine non fuerint nequaq[ue] pu-
 nit. Habet autem et ira dei mensuras quantum et quanto tem-
 pore: et ob quas causas et quibus inferat. Juxta illud quod scri-
 ptum est. Cibabis nos pane lacrymarum in mensura. Miseri-
 cordiam igitur a deo consequitur qui se putat esse miser. Nam
 deus qui nullis viribus superari potest. publicani tamen precibus
 vincitur. Quanto ergo tempore te errasse nosti quanto tempore
 deliquisti tanto tempore humilia te ipsum deo et satisfacito ei in
 confessione penitentie. Quid q[uia] peccati est aliqua soide macula?
 de ecclesia christi nō potest appellari nec christo subiectus dici. Igit[ur]
 qui errauimus iuuenes emendem[us] senes. iungamus gemitus
 et lacrymas. copulemus culpas simpliciter confitendo. Nam qui
 post lapsum peccatorum ad veram penitentiam se conuerterint ci-
 to a misericordie iudice veniam impetrabunt. q[uia] apud deū nō tam
 valet mensura temporis q[uia] doloris. nec abstinentia tantum
 ciborum quantum mortificatio viciorum. Sed et magnum

peccatum magnis diuturnisq[ue] cruciatus luitur. culpaq[ue] leuis
 presenti supplicio compensata sit. Et sic magnum peccatum ma-
 gna indiget misericordia. Conclusit enim deus omnia sub pec-
 cato ut omnibus misereatur. Sed frustra voce assumitur peni-
 tentia si permanent opera: sed ne diutius pertrahā habeto pau-
 ca pro pluribus. in quibus non tam ordo queritur q[uia] pfectus.
 Age ergo tu caue festina age ut in hac spiritualitate p[ro]ficias. ca-
 ue ne quod acceperisti bonum. incautus et negligens custos amic-
 eas. Curre ut nō negligas. festina ut celerius cōprebendas. Nam
 cepisse multorum est ad culmen peruenisse paucorum. Tribuat tibi

^{5. ben[ignus] op[er]o. b[ea]t[us]}

Sequit[ur] Ca. xxxi. et ultimum fine
 titulo quo concludit regulam.

II. quoniam ita se natura habet ut amara sit veritatis
 blanda viria estimetur. ut paulus ait apostolus. In
 micus robis factus sum verum dicens. Unde et quia

saluatoris dura videbantur eloquias plurimi discipulorum retro
 sum abierunt. Non est mirum si inopis viris detrabentes of-
 fendimus plurimos. Disposui tamen hasum secare setentem ei
 meaequi strumosus est. Quid tamen ad te qui te intelligis in/
 nocentem nemo reprobet q[uia] aliquos aut laudamus aut car-
 pimus. cum et in arguendis malis sit correptio ceterorum. Et i op-
 timis predicandis boni ad virtutem studia concident. Nos. n. v.

ut scitis hebreorum lectione detentis in latina lingua rubiginem
 obdutumns intantum ut loquentibus quoq[ue] nobis stridoz qui-
 dam non latinus interstrepas. Unde ignoscite ariditati. et si in
 peritus sum sermone inquit apostolus. sed nō sciatis illi viri q[ui]
 non deerat: et viuum humiliter renuebat. Hobis virumq[ue] deest.
 quia quod puri plausibile habueramus amissimus. nec scientias
 quam volebamus consecuti sumus iurta esopianam fabulam.
 Dum magna sectamur etiam minora perdentes. Non plonga-

^{et p[ro]ficio.}

^{et p[ro]ficio.}

^{et p[ro]ficio.}

^{et p[ro]ficio.}

^{et p[ro]ficio.}

buntur ultra sermones mei quoscumque loquar. Ea propter mo-
ne et si enagemusque coetor ut dum huius mundi vita curri-
mus non duabus tunicis i. duplice vestimenta fide. non calcia-
mentorum pedibus mortuis videlicet operibus pregrauemur? no
dixitiarum onera ad terram premant. Non virge. i. potentie secur-
laris querat auxiliu. non pariter et christum velim? babere. et se-
culum. Sed p brevibus et caducis eterna succedant. Sed et pie-
co: vos qui fideles estis et ita vitam vestram et conuersationem
seruatis ne in aliquo vel iphi scandalu patiamini. vel aliis scan-
dalu faciat. sed sic vobis summi studii summeque cautelae qd
in hanc sanctorum congregacionem pollutus introeat. ne quisquis
iebus eius habiteret in vobis. Deus Iesus conrectat sathanam sub
pedibus vestris et incolumes vos et plixa etate florentes Christus
deus noster tueatur omnipotens. Sed et spus sanctus nobis pre-
stare dignet: ve in hoc seculo factores mandatorum suorum effecti: i
huius vite agone probati: et fideles inuenti: spiritualibus fructibus
dirat: his continentibus mereamur adiungi. Ipsi gloria et im-
perium cum eterno patre: et eodem spiritu sancto in cuncta secu-
la seculorum. Amen,

Exorto.

¶ finit Aureola sancti Hieronymi foliciter.

¶ Registrum huius libri.

¶ Primum vacat.

Incipiunt.

¶ Ita interioris.

Ille fuerat.

¶ Possibile.

Lates sua.

¶ Honora.

Honorat.


¶ Uagatur.

Doleamus.

¶ Ceditimus.

Deus resistit.

¶ Finis.



si intra. C. de non nume. pe.
enebar. in. l. fi. C. in qui. can. in inter-
ieſſed bar. in. l. j. ff. de condi. inde. et in
C. de iur. et fac. igno. tenet contrariuz.
tiam post biennium non nascitur na-
ratio.
urrit minori. vide glo. in. l. auxilium. s.
de bel. vt refert bal. in. c. i. §. pretore
al. p. p. ponit ad. d. §. pupillus
de tex. in. d. §. si vnum de predictis. i. a
appella. cog. col. viij. vbi ad hoc vt pe-
atiatur cu effectu debet esse minor. xv
spondet dicens q. aut adultus legē
naturali vel comuni: et tūc maior. xvij
estituitur in integ. aut iure ciuili. et tun-
nod est valde notandum.
criptio statutaria currat minor. vide b
qui. cau. in. inte. resti. non est ne.

Em Qui. In integruz restitu-
non transit ad de-
sorem sine mandato.

Etor. Denunciatio eius qui
habet ius denunciandi
constituit aliquem bonefidei. Item e
onefidei contractum minor restitu-

ones que de iure antiquo nunc
contra minorem. vt.l.bonefidei.de
do. et iste hodie etiam non currunt
et prescriptiones que olim currebant
intur minores. et tunc aut iste sunt pri
miciales constitute a lege vel a indice.
die immutatum. vt.l.properanduz.in
i au^c.de appell. et intra que tempora.
ne. s. pe. et si. et ibi no. et no.in.l.vlt. et si
ii. et in.l.vlti.C.in qui.cau.in integ.t cum
et in.l.auxilium.s.e Adem in tempore
nuentarium. in au^c.de here. et fal.s.p
mum in alijs prescriptionibus: et tunc au
tra minorem: et hodie ipso iure non ca
si.in qui.cau.in integ.resti.non est ne
orem incipiunt et terminantur cum mi
o vel existente in ventre: et tunc currit.
ur ut hic. et l.j.si aduer.vslcap. C Qu
rescriptione que inducitur ex testem
contra minorem. videtur tex. q sic. s.
habes. solum ergo illa.l.si.corrigit
onibus legalibus. C Quero quid in
onibus que introducuntur per statuta
contra minorem. Innocentius extra e
stitutus. tenet q sic. et assignat ratione
a.l.vltima non potuit cogitare de stat
uc non erant. et ita dicit ipse q est casu